

1523 flagraturis cito subveniretur , ne communis hostis ferrum in amplissimi regni viscera , nullo repugnante , ac obſſtente , miſerrime adigeret : apud Cardinalium Collegium dixisse , ſibi Principes omnes monere in animo eſſe , ut in triennium , vel quinquennium inducias pacis cantur ; ni id faciant , anathematis poenas additurum . Cum itaque res ita ſe baberent , de armis inferendis certi quidquam minime afferre poſſe ; ne Republica communi huic bono obſtitiffe , ac ſpem , que mortalium animos ad pacem erexerat , immaturo , ac praeципiti conſilio turbaffe videretur .

*Antonii  
Grimani  
Principis  
obitus.  
Anno 1612.  
interregno  
Principis  
Donati an-  
tiquata lex  
hæc fuit.*

Pridie kal. maji Senatus consulto Gallicis Oratoribus de mo- re perlecto : nonis Antonii Grimani Principis obitus eſt ſub- fequutus . Inde cum ob ducalia comitia Senatus cogi non poſſet , publica conſilia expediri nequibant : ita enim ex majo- rum veteri iuſtituto inolevit , ut , Principe defuncto , priuſquam ſuccellor ſublegatur , nihil , quod ad Rempublicam pertineat ; neque Senatus decretis , neque aliorum conſiliorum , aut ma- gistratum ſententiis fanciri queat : adeo tota ratio illorum Comitiorum perplexa eſt , ut ad omnem ambitum tollendum a prudentiſſimis , ac religioſiſſimis viris inventa videatur .

*Andreas  
Griti , &  
Georgius  
Cornelii co-  
paratio.*

Erant ea tempeſtate duo clariflmi , ac prætantiflmi cives , Reipublicæ lumina , qui eximiis in patriam meritis ceteris an- teibant , Andreas Gritus , & Georgius Cornelius : ambo clariſſimi natalibus , rerum agendarum uſu , egregia in Rempu- blicam pietate conſpicui , per omnes honorum gradus ad Pro- curatoriam dignitatē evecti . Gritus diſcipliſſimis temporibus pace , belloque clarus , apud ſummos Reges , ac Principes in honore habitus , innumera fortitudinis , ac prudentiæ facino- ra pro patria ediderat , illiusque ſingularis virtus in Patavio recipiendo , ac propugnando mirum in modum ſuperioribus annis illuxerat . Cornelius , vir integritate , atque affabilitate ſingulis civitatis ordinibus in primis carus habebatur : fama eſt , illum in Senatu quidquid de publica dignitate , atque utilitate eſſe ſentiret , admirabili eloquentia perfeciffe . Verum illi ad memoriam in omnem posteritatem producendam , cele- britatēque nominis propagandam peculiare , atque inſigne fuit , quod opulentiſſimum , & nobiliſſimum Cypri regnum ex illius domo ad Rempublicam tranſtulit , ac ingenti dono , in- fucto